# Inventario delle scritture esistenti nell'archivio della comunità di Rivoli

## 1488, maggio 30 – giugno 21, Rivoli

*trascrizione*

Inventarium franchisiarum ac aliarum scripturarum existentium[a] in archa communis Rippolarum confectum per nobilem Iohannem de Montemaiori necnon per Simeonem Secuxia, Leonardum Capelli, Iohannetum Barardi et me Dominicum Bauzani sindicos; de anno Domini millesimo quatricentesimo octuagesimo octavo die penultima mensis maii inchoatum, et finitum die vigesima prima mensis iunii // **C. 2v**

Inventarium franchixiarum et aliarum scripturarum facentium contra illos de Avillania in archa communis existentium et contra illos de Sancto Ambroxio.

<1>
Et primo instrumentum transactionis inhite inter communitatem Rippolarum ex una et communitatem Avillanie ex alia super fractione bialerie, datum Avillanie die XXV iunii anno millesimo quatercentesimo trigesimo septimo, receptum per Guillelmum Malerii de Avillania, signatum ab extra per litteram A[b].

<2>
Item aliud instrumentum transactionis inhite inter prenominatas communitates super transitu vini per fines et per burgum Avillanie, receptum per Henrietum Centor sub anno millesimo ducentesimo nonagesimo nono die in eodem contenta, signatum ab extra per litteram B.

<3>
Item senctenciam latam contra illos de Avillania in favorem communitatis Rippolarum de et super conducta vini, datam in castro Pontis Indy anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo nono et in eadem involutum quondam rotulum informacionum somptarum ad causam premissorum, signatam ab extra per litteram C.

<4>
Item instrumentum super transitu grani et vini per Avillaniam pro ordinacione fienda super eis per illos de Avillania, datum in Ranverso anno millesimo ducentesimo nonagesimo nono, signatum ab extra per litteram D.

<5>
Item franchixias duas simul annexas super transitu vini per locum et fines Avillanie, datas unam videlicet Rippolis de anno millesimo tricentesimo quinquagesimo septimo die decimatercia mensis marcii, signatas ab extra per litteram E.

<6>
Item senctenciam et taxam quarundam expensarum contra illos de Avillania, datam in Ponte Indii anno millesimo tricentesimo quinquagesimo nono die vigesima mensis augusti, signatam ab extra per litteram F.

<7>
Item exemptionem laudimium factam per illustrem dominum ducem[c] de possessionibus captis super finibus Avillania pro bialeria conducenda, datam Thaurini die secunda marcii millesimo quatercentesimo vigesimo quinto, signatam ab extra per G[b].

---

[a] *A:* existentum
[b] *A: in margine al paragrafo la nota* Pro bialeria
[c] *A: scritto in interlinea su* comittem *cancellato con tratto di penna*

<8>
Item franchixiam pro transitu vini per fines et locum Avillanie per certas portas eiusdem locy ita quod vinum non remaneat in Avillania, datam Rippolis die decimaseptima mensis octobris millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, signatam ab extra per litteram H.

<9>
Item supplicationem et litteras contra petentes emendas pro bialeria Rippolarum, datas Chamberiacy die vigesima tercia februarii anno millesimo quatercentesimo trigesimo quarto, signatas ab extra per litteram I[a].

<10>
Item franchixiam quod liceat cidere nemora pro reparacione bialerie, datam Iporrige die VIII octobris M$^{o}$ IIII$^{c}$ XXVI, signatam ab extra K[a]. // **C. 3r**

<11>
Item quedam acta communitatis Rippolarum contra Reimondum Gruaty de Avillania super quadam emenda possessionis, signata ab extra per litteram I[a].

<12>
Item instrumentum senctencie arbitramentalis communitatis Rippolarum contra illos de Conquis de Avillania de facto bialerie, receptum per Iohannem de Vassallis Vercellensem sub anno millesimo quatercentesimo decimonono die nona decembris, signatum ab extra per litteras ZZ[a].

<13>
Item acta inchoata per procuratorem fiscalem vallis Secuxie et exactorem leyde[b] Avillanie contra Rippolenses et particulares in eis nominatos ad causam dicte leyde quorum primum memoriale est datum sub anno millesimo IIII$^{c}$ quadragesimo quinto die XIIII$^{ta}$ ianuarii, ultimum vero die quarta februarii eiusdem anni, signata ab extra per litteram P.

<14>
Item franchixiam per illustrem dominum comittem concessam quod Rippolenses possint aducere aquam et facere aqueductum per fines Avillanie et alibi faciendo tamen satisfactionem dampna patientibus extimacione proborum virorum, datam apud Burgetum anno millesimo tricentesimo decimo die quarta mensis aprilis, signatam ab extra per litteram Y[a].

<15>
Item[c] instrumentum protestacionis facte contra dominum baylivum Avillanie qui compellere nitebatur coram ipso communitatem Rippolarum occaxione dampni dati per bialeriam Rippolarum hominibus Avillanie, receptum per Iohannem de Inaudo Brutini sub anno millesimo IIII$^{c}$ vigesimo sexto die secunda mensis augusti, signatum ab extra per litteras GG.

<16>
Item quamplures scripturas et nonnulla acta communitatis Rippolarum contra communitates Avillanie et Sancti Ambroxii, omnia in uno saco lineo signato ab extra signo tali et conscripto super bergameno eidem alligato[d].

---

[a] *A: in margine al paragrafo la nota* Pro bialeria
[b] *A:* layde
[c] *A: Segue* franchixiam *cancellato con tratto di penna*
[d] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica*

<17>
Item instrumenta vigintisex concernentia abatum finium Rippolarum et Avillanie ac Montissinerii, omne in uno sacheto lineo signato ab extra per tale signum[a].

<18>
Item litteras et potestatem capiendi petram calcineriam super finibus Avillanie, signatas ab extra tali signo[a].

<19>
Item instrumentum quitacionis et emende facte per communitatem Sancti Ambroxii de sedimine bialerie, receptum per Michelem Blanchety sub anno millesimo quatercentesimo quadragesimo secundo, signatum ab extra per litteram L[b]. // **C. 3v**

---

Franchixie et instrumenta Rippolenses

<20>
Et primo instrumentum emptionis dimidie iornate terre ad moneriam de motis vendite per Guillelmum Constantini, receptum per Bonifacium Papa, signatum ab extra per litteram A.

<21>
Item quitacionem unam de florenis centum factam per illustrem dominum comittem Sabaudie, datam Rippolis die XVI mensis aprilis anno millesimo tricentesimo trigesimonono, signatam ab extra per litteram B.

<22>
Item instrumentum pactionum et conventionum factarum inter quondam illustrem dominum comittem Amedeum et communitatem Rippolarum de et pro constructione bialerie Rippolarum et fontis Buffigli, datum Rippolis die XIIII$^{ta}$ mensis septembris anno millesimo tricentesimo decimotercio, signatum ab extra per litteram C[c].

<23>
Item instrumentum permutacionis unius pecie gerbi gorrety per Bertholotum Marcheta sub anno millesimo quatercentesimo octavo per Iohannem Brutini alias Burtini signatum per litteram D.

<24>
Item instrumentum cuiusdem sediminis ayre permutati per Iacobum Galli prope fossata communis Rippolarum, receptum per Bartholomeum Brida sub anno millesimo quatercentesimo sexto, signatum ab extra per litteram F.

<25>
Item instrumentum per quod nonnulli credendarii Rippolarum attestati fuerunt certam peccunie summam fuisse datam reverendo domino preceptori Ranversi pro dampno dato per bialeriam, signatum ab extra per litteram G[a].

---

[a] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica*
[b] *A: in margine al paragrafo la nota* Pro bialeria
[c] *A: in margine al paragrafo la nota* Pro bialeria

<26>
Item instrumentum gerbi communis acquisite per communitatem in vineriis de iornatis septem, receptum per Benedictum Zostre sub anno Domini millesimo tricentesimo trigesimo octavo die vigesimasexta aprilis, signatum per litteram H.

<27>
Item instrumentum potestatis capiendi aquam in Sangono per Rippolenses pro aducendo bialeriam super finibus Rippolarum, receptum per Henrietum Centor sub anno Domini millesimo tricentesimo decimo quarto die in eodem contenta, signatum per litteram I.

<28>
Item instrumentum protestacionis facte contra dominum castellanum super constitucionibus factis per principes, datum Rippolis, receptum per Iohannem Brutini alias Brutini sub anno millesimo quatercentesimo tercio die in eodem contenta, signatum ab extra per litteram K.

<29>
Item instrumentum inventarii bonorum quondam Michagli Brutini in quo continentur certe coherencie apud grangiam Sancti Anthonii facentes ad utilitatem finium Rippolarum, receptum per Georgium Alexii sub anno Domini millesimo quatercentesimo decimosexto, signatum ab extra per litteram M[a]. //

**C. 4r**

<30>
Item quinque diversa instrumenta simul ligata de recognicionibus fictorum pro quibusdam confrateriis concernencia utilitatem communitatis, signata ab extra per litteram N.

<31>
Item quandam apapirum in qua designantur instrumenta recepta ad opus communitatis Rippolarum tam levatorum quam levandorum, signatum ab extra per litteram O.

<32>
Item instrumentum acquisicionis pessine de Silogna, receptum per Bartholomeum Bride sub anno millesimo tricentesimo nonagesimo die XV decembris, signatum ab extra per litteram P.

<33>
Item instrumentum emptionis et liberamenti vie apud moneriam de Amedeys, receptum per Georgium Alexii sub anno Domini millesimo quatercentesimo decimo octavo die XIII augusti, signatum ab extra litteram Q.

<34>
Item franchisiam quod castellanus seu exactor fictuum castri scilicet vini et grani non exigat nisy ad mensuram Rippolarum, datam Bardi die vigesima sexta iunii millesimo tricentesimo octuagesimo primo una cum observetis eidem franchisie annexo, signatum ab extra per litteram R.

<35>
Item confirmacionem franchixiarum per illustrem Odoardum comitem Sabaudie concessam, datam Avillanie die quarta octobris anno millesimo tricentesimo vigesimo quinto, signatam ab extra per litteram S.

<36>
Item franchixiam per illustrem dominum comitem Amedeum concessam quod castellani iurare teneantur observare franchixias sibi presentatas per sindicos Rippolarum et quod non capiant pro

---

[a] *A: in margine al paragrafo* pro bialeria

tutellis et curis nisi ad formam ipsius franchixie, datam in Sancto Genixio die XIIII$^{ta}$ mensis augusti anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo septimo, signatam[a] ab extra per litteram T.

<37>
Item franchixiam per illustrem dominum comittem Amedeum concessam quod castellanus non possit tenere protocolla notariorum neque possint extrahi extra locum Rippolarum; item quod conscilium neque iudex non possint concedere ipsa protocolla castellano; item quod castellanus non possit exercere officium clericature. Datam Rippolis die XII aprilis millesimo tricentesimo octuagesimo quarto anno, signatam ab extra per litteram V.

<38>
Item confirmacionem franchixiarum et franchixiam concessam per illustrem dominum comittem Amedeum quod homines Rippolarum pro quovis casu civili vel criminali non possint compelli seu conveniri coram baylivo Avillanie seu Secuxie, // datas videlicet franchixia Pinerolii die XXVIII iullii **C. 4v**
anno millesimo IIII$^{co}$ vigesimo, confirmacio vero data Thononi quinta augusti anno millesimo IIII$^{c}$ vigesimo tercio, signatas ab extra per litteram X.

<39>
Item franchixiam pro exercitu generali per illustrem dominum comittem Amedeum concessam, datam Thaurini die nona mensis septembris millesimo tricentesimo septuagesimo quarto, signatam ab extra per litteram Z.

<40>
Item franchixiam compellendi fractores bialerie ad emendam ipsius, datam Indini die XV$^{a}$ mensis ianuarii millesimo tricentesimo octuagesimo primo, signatam ab extra per litteras aa[b]. Item aliam [scripturam][c] annexam, datum Avillanie 28 aprilis 1400[d].

<41>
Item confirmacionem franchixiarum per Ibletum comitem Chalandi capitaneum Pedemontium super sucessionibus decedentium sine heredibus usque ad quartum[e] gradum quo supra communitas sucedere debeat, datam Avillanie die ultima aprilis millesimo quatercentesimo, signatam ab extra per litteras bb.

<42>
Item copiam pactionum inter communitatem Rippolarum et preceptorem Sancti Anthonii de Ranverso super facto bialerie in duobus rotulis apapiri, signatis ab extra per litteras cc[a].

<43>
Item instrumentum quitacionis et ratifficacionis factis per reverendum dominum abbatem Sancti Michaelis et conventum eiusdem abbacie de emenda bialerie Rippolarum per Iohannem Fabri, receptum sub anno Domini millesimo quatercentesimo quadragesimo nono die penultima maii, signatum ab extra per litteras dd[a].

<44>
Item instrumentum emptionis et laudimium eiusdem rey de tabulis quadraginta praty a Marchioto Balardi de Avillania, receptum per spectabilem dominum Iohannetum Bonadona anno millesimo

---

[a] *A:* signatum
[b] *A: in margine al paragrafo la nota* Pro bialeria
[c] *A: termine compendiato e di difficile interpretazione*
[d] *A:* Item aliam […] 1400 *di mano posteriore*
[e] *A: dopo* quartum *segue parola cancellata incomprensibile*

quatercentesimo vigesimo primo die vigesima mensis marcii et aliud anno Domini millesimo IIII[c] vigesimo secundo die XIX marcii, signata ab extra per litteras ee[a].

<45>
Item potestatem construendi unam et plures bialerias concessam per illustrem dominum comitem Amedeum, datam Querii die XII septembris millesimo tricentesimo octuagesimo et confirmacionem ipsius eidem potestati annexam per eundem, datam Rippolis die XXIIII septembris millesimo quatercentesimo octavo et signatas ab extra per litteras ff[a].

<46>
Item franchixiam et auctoritatem permutandi et claudendi stratas // veteres ire consuetum erat a **C. 5r**
Sancto Anthonio Ranversy versus Thaurinum et Montemcalerium, datam Avillanie die tercia mensis marcii anno Domini millesimo tricentesimo octuagesimo nono, signatam ab extra tali signo[a].

<47>
Item franchixiam per illustrem dominum comitem Amedeum concessam quod Rippolenses non possint compelli neque conveniri coram baylivo Avillanie pro quovis casu civili vel criminali, datam Pinerolii de XXVIII mensis iullii anno millesimo quatercentesimo vigesimo, signatam ab extra per litteras hh.

<48>
Item franchixiam quod decani possint facere saximenta sine mandato castellani, datam Rippolis millesimo tricentesimo vigesimo septimo die vigesimasecunda februarii, signatam ab extra per litteras jj.

<49>
Item litteras per quas mandatur castellano Rippolarum ne exigat pro introytu et exitu castri ac expensis nisy ad formam statutorum ducalium, signatum ab extra per litteras kk.

<50>
Item franchixiam quod officiales, fornerii, custodes portarum et camparii non tenentur ire ad cavalcatas, datam Rippolis die secunda mensis novembris millesimo tricentesimo sexagesimo octavo, signatam ab extra per litteras ll.

<51>
Item confirmacionem franchixiarum et franchixiam quod illustris dominus teneatur et debeat contribuere pro expensis fiendis in bialeria molendinorum; item quod dominus castellanus non accipiat pro tutellis neque pro curis nisi secundum qualitatem personarum et quantitatem bonorum; item quod homines Rippolarum sint exempti a pedagiis in comitatu Sabaudie; item quod nemo de Rippolis possit detineri in forti castro fideiubendo; item qualiter dominus castellanus recipere debeat soluciones fictorum castri; item quod campari et nonnulli alii sint exempti a cavalcatis et quod dominus castellanus Rippolarum non cogat Rippolenses ad concedendum lectos, datam Rippolis die vigesima mensis augusti anno millesimo tricentesimo quadragesimo septimo per illustrem dominum Amedeum comitem Sabaudie concessam, signatam ab extra per mm[b].

<52>
Item franchixiam quod castellanus teneatur se exhibere soluturum habere debentibus per quindecim dies ante eius recessum et comparere in iudicio tociens quociens fuerit requisitus; item quod castellanus non debeat procedere criminaliter contra Rippolenses nisi pro casibus reservatis; item quod castellanus teneatur compellere ecclesiasticos et alios privillegiatos ad solvendas; item datur potestas communitati

---

[a] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica* **C. 5v**
[b] *A: in margine al paragrafo nota malamente lleggibile* ([…] pro ut apparet in alio inventario […])

Rippolarum compellendi debentes talias occaxione legatorum etiam contra ecclesiasticos et quod ipsi legatari teneantur registrare; item quod liceat // ipsis Rippolensibus gabellam imponere et abolire contra Rippolenses[a] contra forenses. Datam Bardi die vigesimasexta iunii anno millesimo tricentesimo nonagesimo primo, per illustrem dominum comittem Amedeum concessam, signatam ab extra per litteras nn.

<53>
Item franchixiam quod Rippolenses non debeant confinari in eorum domibus; item quod dominus teneatur contribuere pro rata sui molendini; item confirmatur privilegium quod Rippolenses non solvant pedagia in comitatu Sabaudie; item quod castellanus teneatur relassare Rippolenses mediante caucione; item quod clavigeri, camparii, fornerii non compellantur ire ad exercitum generalem; item[b] prohibicionis ludi. Datam Burgeti die quinta decembris millesimo tricentesimo quadragesimo nono, per illustrem dominum Amedeum comitem concessam, signatam ab extra per litteras oo[c].

<54>
Item franchixias sex simul annexas, quarum prima est per quam cavetur quod nemo de Rippolis solvat alicubi in patria illustrissimi pedagium pertinens illustrissimo domino nostro; item potestatem condendi statuta, ponendi consules; item quod quilibet de Rippolis facere possit testamentum in scriptis et quod agnati vel cognati sucedant usque ad quartum gradum, hinc ultra hereditas pertineat communitati; item quod dominus non possit capere fodrum seu taleam in Rippolis et quod dominus iudex non capiat iudicaturam si pars acquierierit petenti et quod illustris dominus nostro non paciatur Rippolenses esse homines alterius quam sui; item quod dominus iudex capiat pro iudicatura certum quid; item quod postquam pater vel frater maritaverit filiam vel sororem et solverit dottes, filia vel soror non possit aliud petere in hereditate, datam Burgeti die quinta decembris millesimo tricentesimo quadragesimo nono et Chamberiaci expedita per illustrem dominum comittem Amedeum[b].

Item confirmacionem omnium contentorum in predicta franchixia per Amedeum concessam, datam Rippolis die XIII aprilis anno millesimo tricentesimo octuagesimo quarto, annexam suprascripte franchixie[b].

Item confirmacionem franchixiarum, datam Rippolis die septima septembris anno millesimo quatricentesimo octavo, per Amedeum concessam, annexam premissis duabus[b].

Item franchixiam quod nemo de Rippolis possit trahi in iudicio extra locum Rippolarum et quod protocolla notariorum non possint vendi in alios quam in Rippolenses, datam Thaurini die decimasexta decembris anno millesimo tricentesimo octuagesimo quinto, per dominum Amedeum concessam, annexam prescriptis franchixiis[b]. // **C. 6r**

Item confirmacionem predicte ultime franchixie per illustrem Ludovicum principem, datam Thaurini die XXV iulli anno millesimo quatercentesimo trigesimo sexto, annexam suprascriptis.

Item franchixiam quod nemo de Rippolis possit per commissarios vel alium seu alios pro facto contractuum feneraticorum intitulari dummodo precia sint competencia; item quod non possit procedi contra Rippolenses pretestu adulterii sive stupri; item quod nemo habens bona immobilia in Rippolis non possit admicti ad officia iudicature, procure fiscalis, castellanie et locumtenencie, datam Pinerolii die XVI marcii anno millesimo quatercentesimo quadragesimo octavo, per illustrem dominum Ludovicum concessam que est annexa premissis et sunt sex simul annexe, signate ab extra per litteras pp.

<55>
Item franchixiam quod secretarii sint partim cetramontani; item quod castellani et homines Rippolarum possint capere satellites et homines male condicionis vocis et fame, et de eis iusticiam ministrari facere, et quod homines bone vocis et fame possint defferre arma et quod possint pulsari facere campane ad

---

[a] *A: segue* tantum *cancellato con tratto di penna*
[b] *A:* ite
[c] *A: in margine al paragrafo la nota* Bauzani

acumulandum gentes pro ipsis capiendis et, si capy non possint et interficiantur, quod sit absque pena; datam per Yolant Vercellis die quinta aprilis anno Domini millesimo quatercentesimo septuagesimo tercio, signatam ab extra per litteras QQ.

<56>
Item franchixiam per quam confirmantur omnes franchixie et conceditur quod nullus commissarius possit procedere criminaliter vel civiliter contra quemvis de Rippolis, nisi prius edocto officiario locy de sua commissione; item per quam revocatur editum Cargnani. Datam Rippolis vigesima prima octobris, per Yolant concessam, signatam ab extra per litteras RR[a].

<57>
Item confirmacionem franchixiarum, datam Avillanie die XXVIII mensis aprilis millesimo quatercentesimo, per Ibletum capitaneum concessam, signatam per litteras SS.

<58>
Item albergamentum gerbi Castri Rupty per illustrem Ludovicum, datum Thaurini die tercia marcii anno millesimo quatercentesimo trigesimo quinto, signatum per litteras TT.

<59>
Item instrumentum transactionis vie marcadilis, receptum per Bartholomeum Capelli sub anno millesimo IIII[c] septuagesimo octavo die prima marcii, signatum per VV.

<60>
Item instrumentum transactionis communitatis Rippolarum contra conventum Sancti Anthonii de Ranverso super facto bialerie, receptum per Remigium Calvi de Avillania sub anno millesimo tricentesimo octuagesimo quarto die XXI februarii, aportatum per Gaspardum Albi, signatum ab extra per litteras xx[b]. // **C. 6v**

<61>
Item confirmacionem franchixiarum et concessionem quod statuta per quondam dominum Amedeum comitem dudum condita non habeant derrogare franchixiis et bonis consuetudinibus Rippolarum, datam Cherii millesimo tricentesimo octuagesimo[c], Gaspardus Albi aportavit et est signata ab extra per litteras zz.

<62>
Item instrumentum concernens debatum illorum de Rippolis contra illos de Caseletis de facto Montissinerii, receptum per Henrietum Centor sub anno millesimo tricentesimo secundo, signatum ab extra per tale signum[d]

<63>
Item computum nobilis Iohannis de Montemaiori, signatum ab extra per a.

<64>
Item instrumentum transactionis inter nobiles Caseletarum et homines Rippolarum de facto camparie ultra Duriam, per Leonardum Surdi de Plozasco anno millesimo tricentesimo sexagesimo quarto die vigesima quinta mensis augusty, signatum ab extra tali signo[d].

---

[a] *A: in margine al paragrafo la nota* Bauzani
[b] *A: in margine al paragrafo la nota* Pro bialeria
[c] *A: scritto in interlinea su* trigesimo *cancellato con tratto di penna*
[d] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica*

<65>
Item copiam actorum et senctencie pro facto pratorum Ranversy, signatam[a] ab extra[d].

<66>
Item acta contra dominos Caseletarum occaxione quorundam[b] detentorum in castro Caseletarum ad causam pontis Durie, signata tali signo[c].

<67>
Item franchixiam super confirmacione tutellarum non obstantibus editis que non habeant eidem franchixie preiudicare, datam Cherii die tercia mensis novembris millesimo tricentesimo octuagesimo, per illustrem dominum Amedeum concessam, signatam ab extra tali signo[b].

<68>
Item franchixias decemseptem parvi voluminis et diversarum rerum nullius valoris una cum certis litteris et instrumentis in uno saculo lineo, signato ab extra[b].

<69>
Item instrumentum per quod constat alias compositum fuisse per nonnullos qui reperti fuerunt delinquisse in quadam via de larbia finis Rippolarum, receptum per Georgium Alexii sub anno millesimo quatercentesimo decimo octavo die quarta februarii, signatum ab extra tali signo[b].

<70>
Item copiam instrumenti acquisicionis cuiusdam campy in campagna iornatarum duodecim subtus braydam in fine brayde monasterii Rippalte finis Rippolarum, signatum per[b].

<71>
Item instrumenta vigintisex concernencia fines de campagna ad opus diversarum personarum in uno saculo signato tali signo[b].

<72>
Item quamplura acta contra Thaurinenses in uno saculo signato tali signo[b].

<73>
Item scripturas facientes ad causam Vangeroni usque ad petram grossam, signatas[b].

<74>
Item duodecim confessiones simul ligatas in una scatula magna rotunda.

<75>
Item confessiones quatuordecim et quasdam litteras in una parva scatula. // **C. 7r**

---

Iura contra illos de Thaurino

<76>
Item instrumentum senctencie declaracionis finium inter civitatem Thaurini et locum Rippolarum per Beraudum Masuereti et Amedeum Muriseti, receptum sub anno millesimo quatercentesimo vigesimo quinto die penultima aprilis, signatum per A.

[a] *A:* signatum
[b] *A: segue* actorum *cancellato con tratto di penna*
[c] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica*

<77>
Item franchixiam per quam data fuit potestas ellectis ad hoc dividendi fines Thaurini et Gruglaschi a finibus Rippolarum necnon de facto aque Durie, datam Rippolis die decima aprilis anno millesimo tricentesimo trigesimo, signatum per litteram B.

<78>
Item instrumentum situacionis et plantacionis terminorum finium Thaurini et Rippolarum per Philibertum de Cara de Sancto Germano, receptum sub anno millesimo IIII$^{cmo}$ vigesimosexto die vigesimaquinta aprilis, Gaspardus Albi exhibunt illud, signatum ab extra tali signo yy.

<79>
Item acta continencia debatum finium Thaurini et Rippolarum in uno sacculo lineo, signato ab extra tali signo[a].

<80>
Item instrumentum transactionis et limitacionis finium inter fines Rippolarum et fines Rippalte, receptum per Napionum de Napionibus de Pinerolio sub anno millesimo quatercentesimo quadragesimo die XII mensis augusti, Iohannotus Barardi aportavit, signatum ab extra per litteram A[b].

<81>
Item acta ventilata contra dominos et communitatem Alpignani super facto finium, quorum primum memoriale die XX ianuarii anno millesimo IIII$^{c}$ XXXI, ultimum vero die XX mensis iunii eiusdem anni, signata per litteram B.

<82>
Item instrumentum quitacionis venduarum finium et prati fontrani per quondam nobilem Ribaldum condominum Ripalte, receptum per Henrietum Centor de Rippolis anno millesimo tricentesimo decimo octavo, signatum per litteram C.

<83>
Item compromissum pro pascagio finium Ripalte sub anno millesimo tricentesimo septimo, signatum per litteram D.

<84>
Item instrumentum declaracionis super pascuis et de bampnis solvendis inter homines Rippolarum et homines Rippalte, receptum per Henrietum Centor sub anno Domini millesimo tricentesimo decimo die quarta iunii, signatum ab extra per litteram E.

<85>
Item franchixias et instrumenta tresdecim contra illos de Rippalta de facto finium que[c] sunt simul ligata cum corda canapis et in uno sacheto riposita una cum designacione nonnullorum aliorum instrumentorum super quo sacheto scriptum est: acta Rippolarum contra dominos Rippalte.

<86>
Item particulam actorum contra magnifficum domini Anthonii de La Foresta cuius primum memoriale datum est die IIII$^{ta}$ septembris octuagesimo quarto et ultimum die XXV eiusdem anni et mensis, signatum ab extra per[d], aportavit Coste. // **C. 7v**

[a] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica*
[b] *A: in margine al paragrafo* contra Ripaltam et Alpignanum infra
[c] *A:* quem

<87>
Item instrumentum impugnacionis terminorum finium Rippalte et Rippolarum, receptum per Henrietum Centor de Rippolis sub anno Domini millesimo tricentesimo septimo die nona novembris, signatum ab extra per litteram F.

<88>
Item declaracionem pasturagii contra dictos de Ripalta, receptam[a] per nundum notarium sub anno millesimo tricentesimo decimo die quarta iunii, Gaspardus Albi tradidit, signatam[b] ab extra per litteram G[c].

<89>
Item acta ventilata contra illos de Alpignano occaxione finium, in uno sacheto lineo signato ab extra tali signo[b].

<90>
Item franchixias duas simul annexas copias et originale[d] per de Montemaiori aportatas et exhibitas, videlicet unam per Amedeum concessam sub anno millesimo quatercentesimo octavo datam Rippolis XXV septembris, aliam vero annexam datam Rossiglioni die vigesimaquarta mensis ianuarii anno millesimo quatercentesimo duodecimo; concernentia videlicet copie continent concessionem bialerie, originale vero confirmacionem, signatas per[e].

<91>
Item franchixiam per Amedeum concessam super usuris datam Rippolis die septima octobris M° IIII[c] octavo, signatam per[b].

<92>
Item franchixiam concessam per Aymonem dominum Castri Veteris capitaneum Pedemontium et cetera datam Avillanie die XXVIII iullii anno M° IIII[c] XXtercio per quam mandatur quod fractores bialerie illam reparent, signatam per[b], exhibitam per nobilem Bartholomeum Luparie[f].

<93>
Item instrumentum alterius franchixie incipientis semper Dei nomen et cetera, subscriptum per Iacobum Cornalia et Vidulcium Lentrea sub anno M° II[c] quadragesimo septimo de pedagio et de decedentibus ab intestato, exhibitam per predictum Luparie, signatam ab extra per [b].

<94>
Item franchixiam concessam per Yolant continentem capitula decemocto, exhibitam per prefactum Luparie continentem in tribus stetibus super commissariis usurariis venacionibus et pluribus aliis, datam Rippolis die octava ianuarii M° IIII[c] septuagesimo sexto, signatam per [g].

---

[d] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica*
[a] *A:* receptum
[b] *A:* signatum
[c] *A: in margine al paragrafo* est iam signata in signo C littera G
[d] *A: scritto in interlinea su* datas *cancellato con tratto di penna*
[e] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica. In margine al paragrafo la nota* Pro bialeria
[f] *A: in margine al paragrafo la nota* Pro bialeria
[g] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica*

<95>
Item quitacionem penarum commissarum occaxione debati finium Avillanie et retencionem finium sub manu domini, exhibitam per de Montemaiori, datam Avillanie die tercia septembris Mº IIIIc LXoctavo, signatam per[a].

<96>
Item commissionem factam per dominum de premissorum cognicione collegio Thaurini, exhibitam per nundum, datam Avillanie die XXIII septembris Mº IIIIc per [a].

<97>
Item instrumenta emendarum sediminis bialerie finium Avillanie per Iohannem Burtini quondam continentia [...][a] quinque capre aportavit Costa, signatum ab extra per [a], datam[b] Avillanie anno Mº IIIIc XXXVIII die VII marcii[c]. // **C. 8r**

<98>
Item franchixiam confirmacionis omnium franchixiarum exhibitam per de Montemaiori, datam Pinerolii die octava octobris Mº IIIIc sexagesimo sexto per Amedeum ducem et cetera, signatam per[a].

<99>
Item confirmacionem franchixiarum et concessionem diversorum capitulorum maxime sindicatus pro castellanis, datam Thaurini Mº IIIIc octuagesimo nono per Bezoias, signatam ab extra [a].

Universis sit manifestum quod anno Domini Mº IIIIc LXXXXmo die XIIIa mensis aprilis quod nobiles Iohannes Petrus Cortexii, Anthonius Braherii, et Iohannotus Barardi consindici communitatis dicti loci recognoverunt et confessi sunt hodie me notario presente bona videlicet franchixias, acta, instrumenta, scripturas et alia interesse dicte communitatis et alias concernencia superius per capitula numerum nonagintaseptem facientia recepisse et habuisse eis dicto nomine exhibita, restituta et presentata in archivio dicte communitatis in refectorio conventus fratrum Predicatorum dicti loci idesse consueto per nobiles Iohannem de Montemaiori, Andream Filixii, Simeonem Secuxie egregiosque Gaspardum Albi, Dominicum Bauzani, Leonardum Capelli nec non quatuor claves duas videlicet dictus Cortexii et sibi ibidem remissas dicti vero Iohannotus et Braherii unam proquolibet. Que iura et claves promisserunt, stipulacione solempni interveniente et sub obbligacione bonorum suorum reffectioneque dampnorum expensarum et interesse littis et extra et mediantibus eorum iuramentis, traddere et expedire ac realiter exhibere in manibus sindicorum, festo beati Iohannis Baptiste de proximo venturo, per eandem communitatem eligendorum et interim quandocumque fuerint parte dicte communitati ligiptime requisiti habita prius debita quittacione de predictis. Et in fidem premissorum ego notarius subsignatus hanc apodiciam propria manu scripsi et subscripsi cum aposicione mei signi manualis, datum Rippolis anno et die premissis. Anthonius Costa.

Universis fiat manifestum quod anno Domini millesimo IIIIc nonagesimo secundo et die vigesima octava mensis decembris in reffectorio fratrum Sancti Dominici de Rippolis constituti ibidem nobiles Iohannes Dominicus Felixii, Bartholomeus Capelli quondam Heustacii, Sebastianus Boschi sindici Rippolarum confessi fuerunt habuisse et ibidem habuerunt a nobilibus Bartholomeo Luparia et Andrea Felixii ibidem presentibus claves quatuor unius archivii posito in dicto reffectorio, in quo archivio recognoveruunt esse et inventarium fecisse de omnibus franchixiis et scripturis superius particulariter descriptis et illa sub custodia nomine communitatis tenere et conservare excepto tamen uno instrumento transactionis cum illis de Avillania signato ab extra per B quod non fuit repertum. Quas quidem clavis ac franchixias, scripturas et omnia superius descripta promixerunt mihi notario stipulanti

---

[a] *A: parola illeggibile*
[b] *A: segue* Rippolis *cancellato con tratto di penna*
[c] *A: in margine al paragrafo la nota* Pro bialeria

nomine communitatis restituere et remictere aliis sindicis proxime ponendis post ipsos, sub obligacione bonorum et cetera ; et dicte communitatis nomine eosdem nobiles Bartholomeum et Andream presentes et cetera quitaverunt et cetera de quibus preceptum fuit per nuntium istius fieri has testimoniales et instrumentum quanto opus sit. Presentibus ibidem et Petro Frote, Bartholomeo quondam Maurici Viberti et Iohannoto Barardi de Rippolis testibus et cetera.

Bauzani recepi. // **C. 8v**

<100>
Item littere dominicales per illustrem dominum dominum Philibertum concessas, datas Thaurini die 26 novembris 1478, per nobilem Andream Felixii aportatas per quas contenitur pene quecumque commisse occaxione petitorum pro usu domus eiusdem illustris domini et illustris domini Karoli sui fratris, signatas ab extra[a].

<101>
Item littere et acta communitatis Rippolarum contra castellanum et cannonicos Rippolarum occaxione cuiusdem filie reperte in campanili seu alibi, signatas[a].

<102>
Item franchixiam per illustrem dominum Philipum ducem Sabaudie, datam Thaurini die 28 mensis iullii M$^{o}$ IIII$^{c}$ LXXXXVI pro unica subscriptione continentem expedicionem causarum super sindicatu, super exactionem absolucionum assisiarum, quod non possit imponi pena excedens principale per officiales seu commissarios, quod nemo faciat cessionem privillegiato et pactum de tota licte et notarii non presumant recipere instrumenta remissionum; item contra polaglerios; item quod possit fieri collegium notariorum, signatam ab extra[a].

<103>
Item franchixiam per illustrem dominum Philibertum ducem concessam, datam Thaurini die XVIII ianuarii M$^{o}$ IIII$^{c}$ LXXXXIX quod ius redatur in loco libero et solito nisi pro casibus reservatis; quod non exigantur bampna neque alie pene nisi prius senctencia decretata et quod non exigantur post bampnum nisi sit iusta causa; item quod patria sit libera a vendicione et emptione[b] grani et vini et capiendi insolutum, signatam ab extra [*segnatura archivistica*][c].

<104>
Item franchixiam per illustrem dominum Philibertum concessam, datam Thaurini in subsidio de anno 1503 de mense februarii de florenis II$^{C}$ L milia super facto forreriorum et observacionis omnium franchisiarum et sindicatus castellanorum ac aliorum et cetera, signatam ab extra[d] et quo ad commissarios viarum inhibetur eis et in eodem.

<105>
Littere allocandi de florenis duobus milibus sexcentum quadraginta duobus grossorum undecim et uno quarto grossi aportate per Bonaudum Capelli et Anthonium Galli in deductionem subsidii perpetuam huiusmodi[e] concessi de anno proxime fluxo et die prima aprilis per[f] anno 1504 per nobilem Andream Felixii cum sindicum in archa communitatis posite, signate ab extra per [a].

[a] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica*
[b] *A: Segue parola illeggibile cancellata*
[c] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica. In margine al paragrafo* habet Anthonietum Motta quia dicti non fuisse satisfacti
[d] *A: segue un disegno con funzione segnatura archivistica*
[e] *A:* esmodi
[f] *A: Seguono tre parole cancellate illeggibili*

<106>

Item franchixiam per illustrem dominum Carolum ducem concessam, datam Thaurini XII octobris 1489 per Bezoni subscriptum concernentem diversa capitula aportavit nobilem Iohannis et de Marescalcis in manibus nobilis Iohannis Dominicus Felixii et Iohannis Viberti sindicorum die 20 augusti 1507 et est signate ab extra tali signo[a].